RUDIMENTA Grammatices, IN GRATIAM Juventutis Scoticæ CONSCRIPTA.

Editio prioribus longè emendatior, & multis in utraque Grammatices parte adjectis auctior.

EDINBURGI,
Excudebat Hæres *Andreæ Anderſon*, Typographus Regius, *Anno DOM.* 1685.

ADMONITIO.

CUm hactenus, citra neceſſitatem, gemina eſſet Rudimentorum Syntaxis *eaque imperfecta; haud ab re duximus in Tyronum gratiam, utramque in unam conflando (fruſtra enim ſit per plura quod æquè commode fieri poteſt per pauciora) aliquanto locupletiorem reddere, reciſis ſuperfluis, & adjectis nonnullis quæ deſiderabantur, eaque quam fieri poteſt breviſſimè & perſpicuè quæ Puerulorum ſtudiis non inutilia fore ſperamus.*

AD GRAMMATICÆ STUDIOSOS PROTREPTICON.

PRima elementa tibi, Puer, *ediſcantur ad unguem:*
Stabit opus melius, ſi bene fixa baſis.
Sin ſpinas, tricaſque ſequens neglexeris, amens
Nil niſi littus *aras,* Æthiopemque *lavas.*

MAGISTER.

QUum Literarum consideratio sit imprimis necessaria, recense, mi Puer, quæ tibi de literis a me tradita sunt.

PUER.

Literæ sunt duæ & viginti *a b c d e f g i k l m n o p q r s t u x y z.*

Ex viginti duabus literis quinque sunt Vocales, *a e i o u*: nam *y* Græca est.

Vocales per se possunt syllabas constituere.

DIPHTHONGI.

Ex Vocalibus variè compositis fiunt Diphthongi,

æ, œ, au ut Musæ. Cœlum. Audio. eu, ei ut euge. hei.

Diphthongus est duarum vocalium in unam syllabam contractio.

Æ & œ vulgo pronunciantur ut *(e)* simplex, Additur his una Græca *yi*; ut *Harpyia.*

Vocales dictæ sunt, quia per se vocem edunt.

CONSONANTES.

Reliquæ literæ Consonantes appellantur; & sunt numero sedecim, *b c d f g k l m n p q r s t x z.*

Consonantes sine vocali syllabam non conficiunt.

Consonantium aliæ sunt mutæ, *b c d f g k p q t.*

Aliæ semivocales, *l m n r s x z.*

Quarum aliæ liquidæ, *l m n r.*

Aliæ Duplices Consonantes, *x z.*

F. inter semivocales a multis annumeratur.

Consonantibus adduntur *j* & *v*, quando sibi vel aliis vocalibus in eadem syllaba præponuntur; ut *Juno, Jovis, voluntas, virtus.*

Et q. 9. abbreviationes sunt, non literæ.

K y z Latinis dictionibus nunquam admiscentur.

H propriè quidem litera non est, sed aspirationis nota.

M. Poterisne ex hisce literis confiocre syllabas?

P. Possum.

Vox incompta phrasin propriè dicitur dictio: nam dictio vix aliud significat quam phrasin aut dicendi actum, aut etiam oraculum.

M. Nunquid etiam ex Syllabis Dictiones?

P. Scio, mi Præceptor.

M. Bene habet: proxima cura est ut intelligas ex Dictionibus Orationem constare.

P. Et id intelligo.

DE DICTIONIBUS.

Dictiones quidem innumeræ sunt; revocari tamen possunt in octo Classes: has Orationis partes communiter appellant.

M. Quid est pars Orationis?

P. Dictio quævis.

Numerus Partium Orationis.

Octo sunt partes Orationis.

Declinabiles.	Nomen.	*Indeclinabiles.*	Adverbium.
	Pronomen.		Præpositio.
	Verbum.		Interjectio.
	Participium.		Conjunctio.

Earum partium quæ declinantur, hæ tres, Nomen, Pronomen & Participium, flectuntur per genera, casus & numeros: Verbum per modos, tempora & personas.

Genera principalia sunt Masculinum, Fœminium, & Neutrum.

Casus sex: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, & Ablativus.

Numeri duo, Singularis, Pluralis.

DECLINATIONES QUINQUE,

Admonitio Necessaria.

Ultima tantum sylaba in Declinatione est mutabilis.

DECLINATIONES.

Prima Declinatio mittit Genitivum singularem & Dativum in æ Diphthongon. No-

Nominativus ſingularis primæ Declinationis habet quatuor terminationes.

as Maſculini generis; es Maſculini generis: e Fœminini generis: a Fœminini generis: ut as Æneas. es Anchiſes. e Circe. a Litera.

as habet ſæpè, es ſemper. Accuſativum an, en.

Genitivus & Dat. Sing. Nomin. & Vocat. Plur. *æ* Diphthongon. Accuſ. ſing. *am*, Vocat & Ablat. ſing. *a*, Genit. plur. *arum*, Dat. & Ablat. plur. *is*, Accuſ. plur. *as*.

E habet *es* in Genitivo, *en* in Accuſativo. & *e* in Dativo & Abl. ut *es* habet etiam *e* in Ablat. Græca in *a* habent in Accuſ. *am* vel *an*: ut *offa*, *offam*, vel *offan*. *As* & *es* auferunt *s* in Vocat.

PARADIGMA.

Singul.	*Nominativo*	Litera,	*A Letter.*
	Genitivo	literæ,	*of a letter.*
	Dativo	literæ,	*to a letter,*
	Accuſativo	literam,	*a letter.*
	Vocativo	litera,	*O letter.*
	Ablativo	literâ,	*with, from, in, by a letter.*
Plural.	*Nominativo*	Literæ,	*Letters.*
	Genitivo	literarum	*of letters.*
	Dativo	literis	*to letters.*
	Accuſativo	literas,	*letters.*
	Vocativo	literæ,	*O letters.*
	Ablativo	literis.	*with, from, in, by letters.*

SEcunda Declinatio dignoſcitur per Genit. ſing. in *i*, & Dativum in *o*.

Nominativus ſingularis ſecundæ Declinationis habet terminationes ſex.

er, ir, ur ut Gener, Levir, Satur. us, eus, um ut Ventus, Tydeus, Ingenium.

Gen. ſing. Nom. & Vocat. plur. *i* Dat. & Ablat. ſing. *o*. Accuſat. ſing. *um*, Vocativo eſt ſimilis Nominat. ſed Nominativus

In *us* facit Vocat. in *e*, Genit. plur. *orum*, Dat. & Ablat. plur. *is* Accuſ. plur. *os*.

D finentia in *eus* ſæpius habent in Accuſativo *ea*; In Vocativo tantum *eu*: & propria in *ius* habent in Vocativo *i*, ut, *Georgius*, *Georgi*.

PARADIGMA.

Sing.	*Nominativo*	gener.	Plur.	*Nominativo*	generi.
	Genitivo	generi.		*Genitivo*	generorum.
	Dativo	genero.		*Dativo*	generis.
	Accuſativo	generum.		*Accuſativo*	generos.
	Vocativo	gener.		*Vocativo*	generi.
	Ablativo	genero.		*Ablativo*	generis.

De Dictionibus Neutri Generis.

Nomina neutri generis in quavis Declinatione habent Nominativum, Accuſativum & Vocativum ſimiles in utroque numero, & Plurali ſemper in *a*, niſi Declinatione careant: ut,

Sing.	*Nominativo* *Accuſativo* *Vocativo*	Ingenium	plur.	*Nominativo* *Accuſativo* *Vocativo*	Ingenia.

M Fac memineris, mi Puer, te nomina tria declinaſſe.

P Memini, mi præceptor.

M. Poteriſne ſimul flectere hæc tria, & hoc ordine, *Gener*, *Litera*, *Ingenium*.

P. Experiar & aſſueſcam.

M. Fac modo periculum.

Puer. *Nominativo* Gener, litera, ingenium.

Singul.
- *Genitivo* generi, literæ, ingenii.
- *Dativo* genero, literæ, ingenio.
- *Accuſativo* generum, literam, ingenium.
- *Vocativo* gener, litera, ingenium.
- *Ablativo* genero, litera, ingenio.

Plur.
- *Nominativo* Generi, literæ, ingenia.
- *Genitivo* generorum, literarum, ingeniorum.
- *Dativo* generis, literis, ingeniis.
- *Accuſativo* generos, literas ingenia.
- *Vocativo* generi, literæ, ingenia.
- *Ablativo* generis, literis, ingeniis.

M. Probe factum: nam sine negotio declinare poteris nomina complura, quæ vocantur adjectiva primæ & secundæ declinationis.

Tener, a um.	Tenerrimus, a um.	*Ad hanc rationem declinationis participia in tus sus, xus uus, rus, & dus, declinanda sunt.*
Candidus, a um.	Candidissimus, a, um	
Formosus, a, um	Formosissimus, a, um	
Ingratus, a, um.	Ingratissimus, a, um.	

Eadem operâ variabis cætera omnia.

TErtia Declinatio dignoscitur per Genitivum sing. in *is*, & Dativum in *i*.

Nominativus singularis tertiæ Declinationis habet undecim literas terminales: *a, e, o*, tres vocales: *c, d, t*, tres mutas: *l, n, r, s, x*, quinque semivocales: ut, *Diadema, mantile, mucro, lac, David, caput, vectigal, tibicen, imber, civitas, felix.*

Genit. sing. *is*, Dat. sing *i* Accusat. sing. *em*. Vocat. est similis Nominat. Abl. sing. *e* vel *i*. Nom. Accusat & Vocat plur. *es*. Genit. Plur *um* vel *ium*. Dat. & Ablat. plur. *ibus*.

Desinentia in *e* & neutra in *a*, vel *ar* habent in ablativo tantum *i Imber, imbre* vel *imbri*, Genit. plur. habet *um* cum Ablat. sing. habet *e* tantùm; *ium* verò cùm Ablat. sing habet *e* vel *i* simul, vel *i* tantùm.

PARADIGMA.

Sing.	*Nom.* Mucro.	Plur.	*Nominativo* Mucrones.		
	Genit. mucronis,		*Genitivo* mucronum.		
	Dat. mucroni.		*Dativo* mucronibus.		
	Accus. mucronem.		*Accusativo* mucrones,		
	Vocat. mucro		*Vocativo* mucrones.		
	Ablat. mucrone.		*Ablativo* mucronibus.		

M. Nunc declina hoc nomen *Felix* per tria genera, & distinctè; *sed* interim attende neutrum genus.

Sing.	*Nom.* Felix, lix, lix.	Plur.	*Nom.* Felices, ces, cia.		
	Gen. felicis.		*Gen.* felicium, cium, cium,		
	Dat. felici.		*Dat.* felicibus, ibus, ibus,		
	Ac. felicem, cem, lix		*Ac.* felices, ces, cia.		
	Voc. felix, lix, lix.		*Vocat.* felices, ces, cia.		
	Abl. felice, vel ci.		*Abl.* felicibus, cibus, cibus,		

ADMONITIO.

tem partici. Ad hunc typum referri debent cætera adjectiva *pia in ans & tertiæ* Declinationis, sive unam habent terminati. *in ens; de qui-* onem, ut *Vehemens, fwox*: sive duas, ut *Mitis* pro *bus suo loco.* Masculino & Fœmineo, & *mite* pro Neutro: sive tres, ut, *Celeber, celebris, celebre*; *Saluber, salubris, salubre.*

Adjectiva habentia *e* in nominativo, pro neutro habent *i* tantum in ablativo.

QUarta declinatio dignoscitur per Genitivum. sing in *us*, & Dativum in *ui*.

Nominativus singularis quartæ Declinationis habet duas terminationes *us* & *u* Neutri generis, & Indeclinable in singulari, ut *cornu*.

Quartæ Declinationis Nomin. Genit. & Vocat, singularis, Nomin. Accus. & Vocat. plur. habent *us*. Dat. sing. *ui* Accus. sing. *um*, Abla. sing. *u* Genit. plur. *uum*, Dat. & Ablat. plur. *ibus*.

PARADIGMA.

Sing.	*Nominativo*	Fructus.	Plur.	*Nominativo*	Fructus.
	Genitivo	fructus.		*Genitivo*	Fructuum.
	Dativo	fructui.		*Dativo*	fructibus.
	Accusativo	fructum.		*Accusativo*	fructus.
	Vocativo	fructus.		*Vocativo*	fructus,
	Ablativo	fructu.		*Ablativo*	fructibus.

QUinta Declinatio dignoscitur per Genitivum sing & Dativum in *ei*.

Nominativus sing. quintæ Declinationis habet unam terminationem, nempe *es* fœminini generis.

Quintæ Declinationis Nomin. & Voc. sing. Nomin. Accus. & Vocat. plur. habent *es*; Genit, & Dat. sing, *ei* Accus. sing. *em*, Ablat. sing. *e*, Genit. plur. *erum*. Dat. & Ablat. plur, *ebus*.

PARADIGMA.

Sing.	*Nominativo*	res	Plur.	*Nominativo*	res.
	Genitivo	rei		*Genitivo*	rerum.
	Dativo	rei.		*Dativo*	rebus.
	Accusativo	rem.		*Accusativo*	res.
	Vocativo	res.		*Vocativo*	res.
	Ablativo	re.		*Ablativo*	rebus.

Om.

Omnia nomina quinæ præter *res*, *dies*, & comp. *meridies*, vel carent toto plurali, ut *fides*, vel Genitivo Dat. & Ablativo, ut *spes*.

M. Nunc tenes, Puer, nomina adjectiva esse vel primæ & secundæ Declinationis: ut *Durus, a, um*: vel tertiæ tantum; ut *Fortis, Forte*.

P. Teneo.

De formatione Comparativi & Superlativi gradus.

COmparativus & Superlativus formantur a proximo Casu in *i*, addendo pro Comparativo syllabam *or*, & pro Superlativo *s*, & *simus*: ut *docti, doctior, doctissimus*.

Positivus in *r*, Superlativum à Nominativo formar, addendo *rimus*; ut *Pulcher, pulcherrimus, Pauper, pauperrimus*.

M. Assuesce primum ad præcedentes regulas accommodare hæc paradigmata.

Singularis.

Nom.

Pos. Com. Sup.

Mas. Durus, jor, issimus.
Fœm. Dura, jor, issima.
Neut. Durum, jus, issimum.

Gen.

Mas. Duri, joris, issimi.
Fœm Duræ, joris, issimæ.
Neut Duri, joris, issimi.

Dat.

Mas. Duro, jori, issimo.
Fœm. Duræ, jori, issimæ.
Neut. Duro, jori, issimo.

Accus.

Mas. Durum, jorem, issimum,
Fœm. Duram, jorem, issimam.
Neut. Durum, jus, issimum.

Vocat

Mas. Dure, jor, issime.
Foem. Dura, jor, issima.
Neut. Durum, jus, issimum.

Ablat.

Maj Duro, jore, *vel* ri, issimo.

Fœm. Dura, jore, *vel* ri, issima.
Neut. Duro jore *vel* ri, issimo.

Pluralis.

Nom.

Pos. Com. Sup.

Mas. Duri, iores, issimi.
Fœm. Duræ, jores, issimæ.
Neut. Dura, iora, issima.

Gen.

M. Durorum, iorum, issimorum
Fœ. Durarum, iorum, issimarum.
Ne. Duriorum, iorum, issimorum.

Dat.

Duris, ioribus, issimis.
pro omnibus generibus.

Accus.

Mas. Duros, iores, issimos.
Foem. Duras, iores, issimas
Neut. Dura, iora, issima.

Vocativus est similis Nominativo.

Ablativus est similis Dativo.

Aliud

Aliud Paradigma.

Singularis.	Pluralis.
Nom	*Nom.*
Pos. Com. Sup.	*Pos. Com. Sup.*
Mas. Mollis, ior, issimus.	*Mas.* Molles, iores, issimi.
Fœm. Mollis, ior, issima	*Fœm.* Molles, iores, issimæ.
Neut. Molle, ius, issimum.	*Neut.* Mollia, iora, issima.
Gen,	*Gen.*
Mas. Mollis, ioris, issimi,	*Mas.* Mollium, iorum, issimorum.
Fœm. Mollis, ioris, issimæ.	*Fœm.* Mollium, iorum, issimarum
Neut. Mollis, ioris, issimi.	*Neut,* Mollium, iorum, issimorum.
Dat.	*Dat.*
Mas. Molli, iori, issimo.	Mollibus, mollioribus, mollissimis, pro omnibus generibus.
Fœm. Molli, iori, issimæ.	
Neut. Molli, iori, issimo.	
Accus.	*Accus.*
Mas: Mollem, iorem, issimum:	*Mas:* Molles, iores, issimos.
Fœm: Mollem, iorem, issimam.	*Fœm:* Molles, iores, issimas.
Neut: Molle, ius, issimum.	*Neut:* Mollia, iora, issima.
Vocat:	
Mas: Mollis, ior. issime:	Vocativus est similis Nominativo:
Fœm: Mollis, ior, issima:	
Neut: Molle, ius, issimum.	
Abla:	
Mas. Molli, iore *vel* ri, issimo:	Ablativus est similis Dativo:
Fœm: Molle, iore, *vel* ri, issima:	
Neut: Molli iore *vel* ri, issimo:	

Adverte Positivum interdumesse primæ & secundæ declinationis, inrerdum tertiæ tantum: At Comparativus semper est tertiæ, Superlativus primæ & secundæ.

PRO-

PRONOMEN.

M. QUot sunt Pronomina simplicia?

P: Quindecim: *Ego, tu, sui, ille, ipse. iste, hic, is, meus, tuus, suus, noster, vester, nostras & vestras:* Quidam addunt *quis & qui, cujus & cujas:*

M. Declina Pronomina.

P:

Sing:	Nom: *Ego:*	Plur:	Nom: *Nos:*		
	Genit: *me*		Gen: *nostrum vel nostri*		
	Dativ: *mihi*		Dat: *nobis:*	Et cæt, præter *tu, meus noster & nostras:*	
	Acc: *me:*		Acc: *nos:*		
	Vocat *deest;*		Voc: *deest;*		
	Ablat: *me:*		Abl: *nobis:*		

Sing:	*Nominativo* Tu:	Plur:	*Nominativo* vos:		
	Genitivo tui:		*Genitivo* vestrum vel vestri:		
	Dativo tibi:		*Dativo* vobis.		
	Accusativo te:		*Accusativo* vos:		
	Vocativo tu:		*Vocativo* vos:		
	Ablativo te.		*Ablativo* vobis.		

Sing:	*Nominat.* deest:	Plur:	*Nominat.* deest:		Servius excæ
	Genitivo sui:		*Genitivo* sui:		sare notat se
	Dativo sibi:		*Dativo* sibi:		simplex poni
	Accusativo se:		*Accusativo* se:		cum aliquis se
	Vocativo deest:		*Vocativo* deest.		in alium quid
	Ablativo se:		*Ablitivo* se:		fecisse fatetur,
					sese cum in seipsum.

Sing:	*Nominat:*	Ista, illa, illud:	*Genitivo*	Illius:	*Dativo*	Illi:	
		iste, ista, istud:		Istius:		Isti:	
		Ipse, ipsa, ipsum.		Ipsius:		Ipsi:	
		Is, ea, id:		ejus:		ei.	

Nominat: Plur: ei vel ii: *Dat & Ablat: Plur:* eis vel iis:

Reliqui casus consentiunt cum adjectivo primæ & secundæ declinationis.

De

De Compositio *Idem.*

	Sing.	Plur.
Nom.	*Idem, eadem, idem,*	Nom, *iidem, eædem eadem.*
Genit.	*ejusdem.*	G *eorundem, earundem, eorundem*
Dat	*eidem.*	Dat. *eisdem,* vel *iisdem.*
Acc.	*eundem, eandem, idem.*	Acc. *eosdem, easdem, eadem.*
Vocat.	*deest.*	Vocat. *deest.*
Abl.	*eodem, eadem, eodem.*	Abl. *eisdem, vel iisdem.*

	Sing.	Plur.
Nom.	Hic' hæc,, hoc.	*Nom.* Hi, hæ, hæc.
Gen.	hujus.	*Gen.* horum, harum, horum.
Dat.	huic.	*Dat.* his.
Ac.	hunc, hanc, hoc.	*Ac.* hos, has, hæc.
Voc.	deest.	*Voc.* deest.
Abl.	hoc, hac, hoc.	*Abl.* his.

Meus, tuus, suus, noster, vester, declinantur ut Adjectiva primæ & secundæ declinationis: *nostras & vestras,* ut *Felix.*

Quis Nomen sic declinatur.

Sing.	*Nominativo* Quis *vel* qui, quæ *vel* qua, quod *vel* quid.
	Genitivo cujus.
	Dativo cui.
	Accusativo quem, quam, quod *vel* quid
	Vocativo deest.
	Ablativo quo, quâ, quo.
Plur.	*Nominativo* Qui, quæ, quæ *vel* qua.
	Genitivo quorum, quarum, quorum.
	Dativo queis *vel* quibus.
	Accusativo quos, quas, quæ *vel* qua.
	Vocativo, deest.
	Ablativo queis *vel* quibus.

Obs. *Qua* in nom. sing. pro fœm. & in nom. & accus. plur. pro neutro, non legitur extra compositionem.

VERBUM.

Thema verbi activi Conjugationis primæ.

Amo, amas, amavi, amare, amandi, amando, amandum, amatum, amans, amaturus.

Indi-

Indicativus.

Præſens.	I *Love, thou loves, he loves, we love, ye love, they love.* Amo, amas, amat: amamus, amatis, amant.
Imperfect.	*I loved, or was loving.* Amabam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Perfect.	*I have loved.* Amavi, viſti, vit: vimus, viſtis, verunt vel vere.
Pluſquam.	*I had loved.* Amaveram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Futurum.	*I ſhall or will love.* Amabo, bis, bit: bimus, bitis, bunt.

Imperativus.

Præſens.	*Love thou.* Ama, amet: amemus, amate, ament:
Alt. vox.	Amato, amato: amemus, amatote, amanto.

Optativus.

Præſens.	*I wiſh I love.* Amem, ames, amet: amemus, ametis, ament.
Imperf.	*I wiſh I loved.* Amarem, res, ret: remus, retis, rent.
Perfect.	*I wiſh I have loved.* Amaverim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſquam.	*I wiſh I had loved.* Amaviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futurum.	*I wiſh I ſhall or will love:* Amavero, ris, rit: rimus, ritis, rint:

Potentialis.

Præſens.	*I may or can love.* Amem, ames, amet: amemus, ametis, ament.
Imperf.	*I might, would, ſhould, ought, or could love.* Amarem, res, ret: remus, retis, rent.
Perfect.	*I might, would, ſhould, or ought to have loved.* Amaverim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſquam.	*I would, ought, might, or ſhould had loved.* Amaviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.

Imz

Futurum: *I may or can love hereafter:* Amavero, ris, rit, rimus, ritis rint.

Subjunctivus.

When I love:

Præsens: Amem, mes, met: memus, metis, ment.

Imperfect: *When I loved, or when I was loving:* Amarem, res, ret: remus, retis, rent:

Perfect: *When I had loved:* Amaverim, ris, rit: rimus, ritis, rint:

Pluſquam: *When I had loved.* Amaviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.

Futurum, *When I ſhall or will love:* Amavero, ris, rit: rimus, ritis rint.

Infinitivus.

Præsens & Imperfectum, Amare, *To love:*

Perfect: & Pluſquamper: Amaviſſe, *To have or had loved.*

Futurum, Amaturus vel amaturum eſſe, *To be about to love hereafter:*

Tres gerundii voces: Amandi, *Of loving:* Amando, *In loving:* Amandum, *To love:*

Supina cadunt a præterito perfecto indicativi, ſed varia terminatione, Amatum, *To love.*

Participium præſentis temporis, Amans, *Loving.*

Futuri, Amaturus, *To love, or about to love hereafter.*

Thema Verbi Paſſivi Conjugationis Primæ.

Amor, amaris *vel* amare, amatus ſum *vel* fui, amari, amandi, amando, amandum, amatu, amatus, amandus.

Indicativus:

Præsens: *I am loved, thou art loved, he is loved, we are loved:* Amor, amaris vel amare, amatur: amamur, *ye are loved, they are loved.* Amamini, amantur.

Imperfect *I was loved.* Amabar, baris vel bare, batur, bamur, bamini, bantur.

I have

I have been loved:

Perfect: Amatus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt, fuerunt vel fuere:

I had been loved:

Pluſquam: Amatus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant:

I ſhall or will be loved:

Futurum: Amabor, beris vel bere, bitur: bimur, biminl, buntur.

Imperativus.

Be thou loved:

Præſens, Amare, ametur: amemur, aminl, entur.

Alt vox: Amator, tor, emur, aminor, antor:

Optativus.

I wiſh I be loved.

Præſens, Amer, eris vel ere, etur: emur, eminl, entur.

I wiſh I were loved.

Imperfect: Amarer, reris vel rere, retur: remur, reminl, rentur.

I wiſh I have been loved.

Perfect: Amatus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

I wiſh I had been loved.

Pluſquam: Amatus eſſem vel fuiſſem, tus eſſe vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.

I wiſh I be loved hereafter.

Futurum: Amatus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

Potentialis.

I may or can be loved.

Præſens: Amer, ameris vel amere, ametur, amemur, amemini, amentur.

I would, ought, ſhould, or might be loved

Imperfect Amarer, eris vel ere, etur: emur, emini, entur:

I would, ſhould, ought, or might have been loved.

Perfect. Amatus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

I would, ſhould, ought, or might had been loved.

Pluſquam. Amatus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.

I may or can be loved hereafter.

Futurum. Amatus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

Subjunctivus.

When I am loved.

Præſens. Amer, eris vel ere, etur: emur, emini, entur.

When I was loved.

Imperfect. Amarer, amareris vel amarere, amaretur: amaremur, amaremini, amarentur.

When I have been loved.

Perfect. Amatus ſim vel fuerim, tus ſis, vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

When I had been loved.

Pluſquam. Amatus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.

When I ſhall be loved hereafter.

Futurum. Amatus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

Infinitivus.

Præſens & Imperfect. amari, *To be loved.* Perfect. & Pluſq. amatus vel amatum eſſe vel fuiſſe, *To have or had been loved.* (pro ratione nominis ſubjecti) Futurum, amatum iri, amandus vel amandum eſſe, *To be loved hereafter.* Supinum amatu, *to be loved.* Participium præteriti temporis, amatus, *loved.* Futuri, amandus, *To be loved hereafter.*

Thema

Thema Verbi Activi Conjugationis Secundæ.

Doceo, doces, docui, docere, docendi, docendo, docendum, doctum, docens, docturus.

Indicativus.

Præsens	Doceo, ces, cet: cemus, cetis, cent.
Imperf.	Docebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Perf.	Docui, isti, it: imus, istis, erunt vel ere,
Pluſq.	Docueram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Futur.	Docebo, bis, bit: bimus, bitis, bunt.

Imperativus.

Præsens	Doce, doceat: doceamus, ete, eant.
Alt. vox.	Doceto, eto: eamus, tote, cento.

Optat. Subjunct. & Potent,

Præsens	Doceam, eas, eat: eamus, eatis, eant.
Imperf.	Docerem, res, ret: remus, retis, rent.
Perfect.	Docuerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſq.	Docuiſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur.	Docuero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Infinitivus.

Præsens & Præterit. Imperf. Docere. Perf. & Pluſquamperf. Docuiſſe. Futurum, Docturus vel Docturum eſſe. *Tres Gerundii voces,* Docendi, Docendo, Docendum. Supinum, Doctum. Participium præsentis temporis, docens. Futuri, Docturus.

Thema Verbi Paſſivi Conjugationis Secundæ.

Doceor, doceris vel docere, doctus ſum vel fui, doceri, docendi, docendo, docendum, doctu, doctus, docendus.

Indicativus.

Præsens	Doceor, doceris vel docere, docetur: docemur, docemini, docentur.
Imperf.	Docebar, baris vel bare, batur: bamur, bamini, bantur.
Perf.	Doctus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt, fuerunt vel fuere.
Pluſq.	Doctus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.

Futur. Docebor, beris, vel bere, bitur: bimur, biminì, buntur.

Imperativus.

Præſens Docere, atur: amur, eminì, eantur.
Alt.vox. Docetor, tor: amur, eminor, entor.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens Docear, aris vel are, atur: amur, aminì, antur.
Imperf. Docerer, reris vel rere, retur: remur, reminì, rentur.
Perf. Doctus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.
Pluſq. Doctus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.
Futur. Doctus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. Doceri. Perf. & Pluſquamperf. Doctus vel doctum eſſe vel fuiſſe. Futurum, doctum iri, docendus vel docendum eſſe. Supinum, doctu. Participium præteriti temporis, Doctus. Futuri, Docendus.

Thema Verbi Activi Conjugationis Tertiæ.

Lego, legis, legi, legere, legendi, legendo, legendum, lectum, legens, lecturus.

Indicativus.

Præſens. Lego, legis, legit: legimus, legitis, legunt.
Imperf. Legebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Perf. Legi, iſti, it: imus, iſtis, erunt vel ere:
Pluſq. Legeram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Futur. Legam, ges, get: gemus, getis, gent.

Imperativus.

Præſens. Lege, legat: amus, ite, ant.
Alt.vox. Legito, ito: amus, tote, unto.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens. Legam, gas, gat: gamus, gatis, gant.
Imperf. Legerem, res, ret: remus, retis, rent.

Perf.

Perf. } Legerim, ris, rit: rimus, ritis, rint;
Pluſq. } Legiſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. } Legero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. Legere. Perf. & Pluſquamperf. Legiſſe. Futurum, Lecturus *vel* Lecturum eſſe. *Tres Gerundii voces*, Legendi, Legendo, Legendum. Supinum, Lectum. Participium Præſentis temporis, Legens. Futuri, Lecturus.

Thema Verbi Paſſivi Conjugationis Tertiæ.

Legor, legeris *vel* legere, lectus ſum *vel* fui, legi, legendi, legendo, legendum, lectu, lectus, legendus.

Indicativus.

Præſens. Legor, geris vel gere, gitur: gimur, gimini, guntur.
Imperf. Legebar, baris vel bare, batur: bamur, bamini, bantur.
Perf. Lectus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt fuerunt vel fuere:
Pluſq. Lectus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.
Futur. Legar, geris vel gere, getur; gemur, gemini gentur.

Imperativus.

Præſens } Legere, atur: amur, imini, antur.
Alt. vox. } Legitor, tor: amur, iminor, untor.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens. Legar, aris vel are, atur: amur, amini, antur.
Imperf. Legerer, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.
Perf. Lectus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.
Pluſq. Lectus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.
Futur. Lectus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

Infinitivus.

Præſens & Præter. Imperf. Legi. Perfect. & Pluſquamperf. Lectus vel Lectum eſſe vel fuiſſe. Futurum, Lectum iri, Legendus vel legendum eſſe. Supinum, Lectu. Participium Præteriti temporis, Lectus. Futuri, legendus.

Thema Verbi Activi Conjugationis Quartæ.

Audio, audis, audivi, audire, audiendi, audiendo, audiendum, auditum, audiens, auditurus.

Indicativus.

Præſens, Imperf., Perf., Pluſq., Futur. — Audio, audis, audit: audimus, auditis, audiunt. Audiebam, bas, bat: bamus, batis, bant. Audivi, viſti, vit: vimus, viſtis, verunt vel vere. Audiveram, ras, rat: ramus, ratis, rant. Audiam, es, et: emus, etis, ent.

Imperativus.

Præſens, Alt. vox. — Audi, iat: iamus, ite, iant. Audito, ito: iamus, itote, iunto.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens, Imperf., Perf., Pluſq., Futur. — Audiam, ias, iat: iamus, iatis, iant. Audirem, res, ret: remus, retis, rent. Audiverim, ris, rit: rimus, ritis, rint. Audiviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent. Audivero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. audire. Perfect. & Pluſquamperf. audiviſſe. Futurum auditurus, vel auditurum eſſe. Tres Gerundii voces, audiendi, audiendo, audiendum. Supinum, auditum. Participium præſentis temporis, audiens. Futuri, auditurus.

Thema Verbi Paſſivi Conjugationis Quartæ.

Audior, audiris vel audire, auditus ſum vel fui, audiri, audiendi, audiendo, audiendum, auditu, auditus, audiendus.

Indicativus.

Præſens — Audior, audiris vel audire, auditur: audimur, audimini, audiuntur.

Imperf. — Audiebar, baris vel bare, batur: bamur, bamini, bantur.

Per-

Perf. Auditus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt, fuerunt vel fuere.

Pluſq. Auditus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.

Futur. Audiar, eris vel ere, etur: emur, emini, entur.

Imperativus.

Præſens Alt. vox. Audire, audiatur: amur, imini, antur. Auditor, tor: amur, iminor, antor.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens Imperf. Audiar, aris vel are, atur: amur, amini, antur. Audirer, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.

Perf. Auditus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.

Pluſq. Auditus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.

Futur. Auditus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erint vel fuerint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. Audiri. Perfect. & Pluſquamperf. Auditus vel auditum eſſe vel fuiſſe. Futurum, auditum iri, audiendus vel audiendum eſſe. Tres Gerundii voces, audiendi, audiendo, audiendum. Supinum, auditu. Participium præteriti temporis, auditus. Futuri, audiendus.

E O.

Indicativus.

Præſens Imperf. Perf. Pluſq. Futur. Eo, is, it: imus, itis, eunt. Ibam, ibas, ibat: ibamus, ibatis, ibant. Ivi, viſti, vit: vimus, viſtis, verunt vel vere: Iveram, ras, rat: ramus, ratis, rant. Ibo, bis, bit: bimus, bitis, bunt.

Imperativus.

Præſens Alt. vox. I, eat: eamus, ite, eant. Ito, ito: eamus, itote, eunto.

Optat.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens, Imperf. Eam, eas, eat: eamus, eatis, eant.
Perf. Irem, ires, iret: iremus, iretis, irent.
Pluſq. Iverim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Futur. Iviſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Ivero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. Ire. Perf. & Pluſquamperf. Iviſſe. Futurum, iturus vel iturum eſſe. Tres gerundij voces. Eundi, eundo, eundum. Supina, Itum, itu. Participium præſentis temporis, iens. Futuri, iturus.

QUEO *ſimiliter conjugatur.*

VOLO.

Indicativus.

Præſens, Imperf. Volo, vis, vult: volumus, vultis, volunt.
Perf. Volebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Pluſq. Volui, iſti, it: imus, iſtis, erunt vel ere.
Futur. Volueram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Volam, les, let: lemus, letis, lent.

Deeſt huic Verbo Modus Imperativus.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens, Imperf. Velim, lis, lit: limus, litis, lint.
Perf. Vellem, les, let: lemus, letis, lent.
Pluſq. Voluerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Futur. Voluiſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Voluero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. velle: Perf. & Pluſquamperf. voluiſſe: Futurum deeſt: Participium Præſentis temporis, volens.

NOLO.

Indicativus.

Præſens, Imperf. Nolo, nonvis, nonvult: nolumus, nonvultis, nolunt.
Perf. Nolebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Pluſq. Nolui, iſti, it: imus, iſtis, erunt vel ere.
Futur. Nolueram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Nolam, les, let: lemus, letis, lent.

Im-

Imperativus.

Præſens { Noli, Nolite.
Alt.vox. { Nolito, Nolitote.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens { Nolim, lis, lit: limus, litis, lint.
Imperf. { Nollem, les, let: lemus, letis, lent.
Perf. { Noluerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſq. { Noluiſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. { Noluero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. Nolle. Perf. & Pluſquamperf. Noluiſſe. Futur. deeſt. Participium præſentis temporis, Nolens.

Indicativus.

Præſens { Fero, fers, fert: ferimus, fertis, ferunt.
Imperf. { Ferebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Perf. { Tuli, liſti, lit: limus, liſtis, lerunt vel lere.
Pluſq. { Tuleram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Futur. { Feram, res, ret: remus, retis, rent.

Imperativus.

Præſens { Fer, ferat: feramus, ferte, ferant.
Alt.vox. { Ferto, ferto: feramus, fertote, ferunto.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens { Feram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Imperf. { Ferrem, res, ret: remus, retis, rent.
Perf. { Tulerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſq. { Tuliſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. { Tulero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. Ferre. Perf. & Pluſquamperf. Tuliſſe. Futurum, Laturus vel laturum eſſe. Tres Gerundii voces, ferendi, ferendo, ferendum. Supinum, Latum. Participium præſentis temporis, ferens. Futuri, Laturus.

Indicativus.

Præſens { Feror, ferris vel ferre, fertur: ferimur, ferimini, feruntur.
Imperf. { Ferebar, baris vel bare, batur: bamur, bamini, bantur.

Perf. Latus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt fuerunt vel fuere.

Pluſq. Latus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat; ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.

Futur. Ferar, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.

Imperativus.

Præſens Ferre, ratur: amur, imini, antur.
Alt. vox. Fertor, tor: amur, iminor, untor.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens Ferar, feraris vel ferare, ratur: ramur, ramini, antur;
Imperf. Ferrer, reris vel rere, retur: remur, remini, rentur.
Perf. Latus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.
Pluſq. Latus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.
Futur. Latus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erunt vel fuerint.

Infinitivus.

Præſens & præter. imperf. Ferrſ. Perf. & Pluſquam. Latus vel latum eſſe vel fuiſſe. Futurum. latum iri, ferendus vel ferendum eſſe. Supinum, Latu. Participium præteriti temporis, Latus. Futuri, ferendus.

Indicativus.

Præſens Fio, fis, fit: fimus, fitis, fiunt.
Imperf. Fiebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
Perf. Factus ſum vel fui, tus es vel fuiſti, tus eſt vel fuit: ti ſumus vel fuimus, ti eſtis vel fuiſtis, ti ſunt, fuerunt vel fuere.
Pluſq. Factus eram vel fueram, tus eras vel fueras, tus erat vel fuerat: ti eramus vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.
Futur. Fiam, fies, fiet: fiemus, fietis, fient.

Im-

Imperativus.

Præſens, Alt.vox. Fiat: fiamus, fite, fiant.
Fito fito: fiamus, fitote, fiunto.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens. Fiam, fias, fiat: fiamus, fiatis, fiant.
Imperf. Fierem, res, ret: remus, retis rent.
Perf. Factus ſim vel fuerim, tus ſis vel fueris, tus ſit vel fuerit: ti ſimus vel fuerimus, ti ſitis vel fueritis, ti ſint vel fuerint.
Pluſq. Factus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes vel fuiſſes, tus eſſet vel fuiſſet: ti eſſemus vel fuiſſemus, ti eſſetis vel fuiſſetis, ti eſſent vel fuiſſent.
Futur. Factus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit vel fuerit: ti erimus vel fuerimus, ti eritis vel fueritis, ti erint vel fuerint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. Fieri. Perfect. & Pluſquamperf. Factus vel factum eſſe vel fuiſſe. Futurum, factum iri, faciendus vel faciendum eſſe. Tres Gerundij voces, Faciendi, faciendo, faciendum. Supinum, factu. Participium Præteriti temporis, factus. Futuri, faciendus.

Indicativus.

Præſens. Sum, es, eſt: ſumus, eſtis, ſunt.
Imperf. Eram, eras, erat: eramus, eratis, erant.
Perf. Fui, fuiſti, fuit: fuimus, fuiſtis, fuerunt vel fuere.
Pluſq. Fueram, ras, rat: ramus, ratis, rant.
Futur. Ero, eris, erit: erimus, eritis, erunt.

Imperativus.

Præſens, Alt.vox. Sis vel es, ſit: ſimus, ſitis vel eſte, ſint.
Eſto, eſto: ſimus, eſtote, ſunto.

Optat. Subjunct. & Potent.

Præſens. Sim, ſis, ſit: ſimus, ſitis, ſint.
Imperf. Eſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Perf. Fuerim, ris, rit: rimus, ritis, rint.
Pluſq. Fuiſſem, ſes, ſet: ſemus, ſetis, ſent.
Futur. Fuero, ris, rit: rimus, ritis, rint.

Infinitivus.

Præſens & Præterit. Imperf. Eſſe. Perf. & Pluſquamperf. Fuiſſe. Futur. futurus vel futurum eſſe. Unum Participium habet præſent. temp. ens.

Terminationes Participiorum.

Terminationes Participiorum ſunt octo, *Ans, ens, tus, ſus, xus, uus, rus, dus.*

Participiorum Declinatio.

Quæ definunt in *ans* & in *ens*, ſequuntur tertiam Nominis Declinationem. Reliqua verò declinantur: ut, *Bonus, bona, bonum.*

DE RUDIMENTIS DEFINITIONUM, Diviſionum, & Accidentium.

MAGISTER.

NOmen quid eſt?

P. Pars Orationis, qua res quæque appellatur, ſive ea res ſub ſenſum cadat: ut, *lapis, manus*: ſive non cadat: ut, *Deus, Angelus.*

Sunt quæ inter ſubſtantiva & adjectiva media obtinent naturam & vocantur ambigua, ut commilito contubernalis, Rex & ſimilia. Proprium Nominum tria ſunt genera: Prænomen, Nomen, Cognomen.

M. Quomodo dividitur Nomen?

P. In Subſtantivum & Adjectivum.

M. Quid eſt Subſtantivum Nomen?

P. Quod nihil addi poſtulat ad ſuam ſignificationem exprimendam: ut, *arcus.*

M. Quid eſt Adjectivum?

P. Quod Subſtantivo indiget cui in Oratione adhæreat: ut, *piger.* Eſt autem Subſtantivum duplex, Proprium & Appellativum.

M. Quod Nomen appellas Proprium?

P. Quod rem unam ſingulam ſignificat: ut *Hercules, Hector.*

M. Quod Appellativum vocas?

P. Quod rem multis communem ſignificat: ut, *Homo, animal.*

M. Recitato Accidentia Nomini?

P. Declinatio, Genus, Numerus, Caſus, & Comparatio.

M.

M. Declinatio quid est?

P. Est finalis syllabæ variatio per Casus.

M. Quid adfers de Genere?

P. Genera sunt numero septem: Masculinum, Fœmininum, Neutrum, Commune duum, Commune trium, Promiscuum & Dubium.

M. Defini singulatim omnia.

P. Nomen Masculini generis appello, quod ad mares pertinet: ut, *Terentius*, *Scriba*: vel quod adjectivis masculinis jungitur. Nomen fœminini generis est quod ad fœminas pertinet: ut, *Cornelia*, *Mater*: vel quod adjectivis fœmininis jungitur.

Neutri generis nomen est quod adjectivis neutri generis tantum jungi solet: ut, *saxum*, *jumentum*.

Commune duum est in quo sexus facile discernitur: ut, *bos*, *sus*. Commune trium est quod cum substantivo cujusvis generis convenire potest: ut, *velox*. Promiscui generis sunt, in quibus sexus difficilius distinguitur: ut, *Passer*, *anser*, *aquila*.

Nomen dubii generis est quod pro eadem re in vario genere reperitur, solo authorum arbitrio: ut, *dies*, *silex*.

M. De numero quid est dicendum?

P. Numeri duo sunt: nam homo est singularis numeri, quia unamrem significat; homines vero pluralis, quia plura significat.

Admonitio.

Quædam nomina sunt primitiva, quædam ex his facta, vel inflexione ultimæ syllabæ, ut, a *Justo*, *justitia*; vel compositione partium plurium: ut, *Ineluctabilis*. Eadem est ratio cæterarum partium, quod attinet ad primitiva & derivativa, item ad simplicia & composita.

M. Nihilne amplius adfers de casu præter id quod est dictum prius?

P. Nominativus dicitur rectus, reliqui obliqui.

Masculinum & fœmininum per terminationes & authoritatem noscuntur, in his quæ sexum non recipiunt, ut lapis, digitus; propter sola adjectiva reperta sunt in subjunctivis genera: alioqui generum usus non esset necessarius.

Collectivum nomen, ut Concio, populus, gens, vim obtinet pluralem. Item copulatum, ut Virgilius & Terent.

Quædam sunt voce pluralia, vi singularia, ut. Kalendæ, Nonæ, Idus.

Com-

Comparatio Nominum.

M. Quæ nomina comparantur?

P. Adjectiva, quorum significatio potest augeri vel minui.

M. Quot sunt gradus comparationis?

P. Gradus Comparationis sunt tres, Positivus, Comparativus & Superlativus.

M. Quomodo hi gradus significatione differunt?

P. Positivus rem sine excessu significat: ut, Candidus, *white.* Comparativus est qui exponi potest per positivum, & adverbium magis, ut, Candidior, *whiter.* Superlativus, qui resolvitur in suum positivum, cum adverbio valde vel maximè, ut, Candidissimus, *whitest, or most white.*

Observatio.

Interrogativum est quo de re aliquâ quærimus.

Relativum quod aliquid ex præcedente oratione repetit.

Partitivum est quod aut multos sigillatim significat, ut, uterq; unusquisque; *aut unum ex multis, ut,* alter, alius.

Observabis præterea, puer, Nomen multifariam dici: nam aliud interrogativum: ut *Quis.* Aliud relativum, ut *Qui.* Aliud collectivum, ut *Populus.* Aliud partitivum, ut *Quisque.* Aliud patronymicum, ut *Tydides.* Aliud gentile, ut *Græcus, Scotus.* Aliud possessivum, ut *Regius, Patrius.* Aliud numerale, & id non una ratione: nam alia dicuntur.

Cardinalia,	ut	*unus, duo, tres,* &c.
Ordinalia,		*primus, secundus.*
Distributiva,		*singuli, bini, terni.*
Multiplicativa.		*simplex vel simplus.*
		duplex vel duplus.

Sunt item quædam numeralia In *arius*, ut *binarius, ternarius.*

DE PRONOMINE.

PRonomen est pars orationis, quæ pro ipso nomine posita definitam significat personam.

M. Quomodo partiris Pronomina?

P. In Demonstrativa, Relativa, Possessiva & Gentilia.

M. Fac ut definies singula.

P. Pronomen Demonstrativum est quod rem demonstrat: ut *Ego, tu, sui.*

Rela-

Relativum eſt, quod aliquid ex præcedente oratione repetit: Ut, *Ille, ipſe, iſte, hic, is*, & compoſitum *idem*, quæ interdum demonſtrativa ſunt.

Poſſeſſivum eſt, quod ſignificat rem tanquam poſſeſſam: ut, *Meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter.*

Pronomen Gentile ſive patrium, quod ſignificat patriam cum differentia certæ perſonæ, ut *Noſtras & veſtras.*

M. Quot ſunt pronomina primitiva?

P. Octo, *Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is.*

M. Quot ſunt derivativa?

P. Septem, *Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.*

M. Da accidentia Pronomini?

P. Genus, numerus, perſona, caſus, declinatio.

M. Quid de genere Pronominum ſentis?

P. Quinque ſunt generis omnis ſub terminatione una; *Ego, tu, ſui, noſtras & veſtras.* Cætera vero ſub tribus terminationibus: *Ille, illa, illud.* *Meus, mea, meum.*

Sui a priore ſenſum non deſiderat, unico verbo contentum eſt, proinde relativum non eſt. Sui & ſuus reciproca ſunt, hoc eſt, ad eandem perſonam redeunt quæ præcedebat & ad tertiam perſonam: vel pronominum octo ſunt principalia, ſeptem derivata.

M. Numeri quot ſunt?

P. Duo. Singularis, ut *Ego.* Pluralis, ut *Nos.*

M. Caſus in pronomine quot?

P. Sex quemadmodum in nomine.

M. In pronomine quot ſunt perſonæ?

P. Tres. Prima, Secunda, Tertia, } ut, { *Ego.* *Tu* tantum. *Ille* & reliqua.

Omnis Vocativus eſt ſecundæ perſonæ.

De Compoſitione Pronominum.

PRonomina inter ſe componuntur: ut, *Ego, tu, ſui*, cum *ipſe* per omnes caſus: ut, *Egoipſe, tuipſe, ſuipſius. Iſte* & *ille* cum *hic*: *Iſthic iſthæc, iſthoc* vel *iſthanc* Accuſativo *Iſthunc, iſthanc, iſthoc* vel *iſthuc.* Ablativo *Iſthoc, iſthac, iſthoc.* Plur. Nomin. & Accuſat. *Iſthæc.* Eodem modo declinatur, *Illic, illæc, illoc* vel *illuc. Item is* & *ille* componuntur cum adverbio,

Hujus, iſtius, illius cum genitivo modi.

bio, *Ecce*, ut *Eccum*, *eccam*, *eccos*, *eccas*; ab *ecce & is*. *Ellum*, *ellam*, *ellos*, *ellas*; ab *ecce & ille*.

Idem, *eadem*, *idem*, ab *is* & *demum* adverbio. Alii ab *is* & syllabica adjectione *dem*.

Item pronomina componuntur cum conjunctione *ne*, ut *Hiccine*, *hæccine*, *hoccine*. Accusat. *Hunccine*, *hanccine*, *hoccine*. Ablat. *Hoccine*, *haccine*, *hoccine*. Plur. *Hæccine* in neutro genere in nominativo & accusativo.

Item hi Ablativi, *me*, *te*, *se*, *nobis*, *vobis*, componuntur cum præpositione *Cum*: ut, *mecum*, *tecum*, &c. *quicum*, & *quibuscum* huc referri possunt. Componuntur etiam cum nominibus; ut, *hujusmodi*, *ejusmodi*.

Componuntur denique cum syllabicis adjectionibus, *met*, *te*, *ce*, *pte*, *tim*; ut, *Egomet*, *tute*, *hujusce*, *suapte*, *meatim*. Legitur & *reapse*, quod idem est cum *reipsa*.

DE VERBO.

VErbum est pars orationis, quæ modis & temporibus inflexa, aut agere significat: ut, *Verbero*; aut pati, ut, *verberor*: aut esse; ut, *Sum*.

M. Quæ est prima Verborum Divisio?

P. Verbum imprimis dividitur in personale, quod certis personis distinguitur: ut, *Lego*, *legis*, *legit*. Et impersonale, quod diversarum personarum vocibus non variatur: ut, *pœnitet*, *tædet*, *miseret*.

Tria sunt Verborum Genera, quoad significationem, Activum, Passivum, Neutrum.

Tria sunt verborum Genera, quoad terminationem: desinunt enim verba vel in *o*, vel in *r*, vel in *m*.

M. Quot sunt Verborum Genera significationis pariter, & terminationis respectu?

P. Quinque, Activum, Passivum, Neutrum, Deponens, & Commune.

Activum.

Activum est, quod in *o* finitum, Passivum in *or*, formare potest: ut, *Doceo*, *Docor*.

Passivum.

Passivum est, quod in *or* finitum activam formam, *r* dempto resumere potest: ut, *Audior*, *Audio*.

Neutrum

Neutrum.

Neutrum eſt quod in *o* vel in *m* finitum, paſſivam formam admittere non ſolet: ut *Curro, ambulo, ſum.*

Quædam ſignificant actionem abſolutam, ut ſto; quædam paſſionem, ut caleſco.

Deponens.

Deponens eſt, quod in *or* ſemper finitum, vel verbi activi ſignificationem habet, ut *Loquor mendacium*; vel neutri, ut *Philoſophor.*

Commune.

Quod in *or* finitum, tam activam quam paſſivam ſignificationem habet: ut *Experior, hortor, amplector, interpretor, conſolor, ſtipulor, adulor, mentior*: multaque id genus alia, quæ extra Participia non capiuntur paſſivè, niſi apud auctores vetuſtiſſimos.

Paſſivè exponuntur, ſi primitiva habent paſſiva, ut macreſco, id eſt, maceror. Ubi deeſt paſſivum, exponuntur per Adjectivum Primitivi & verbum fio, ut albeſco, id eſt, albus fio. In ſco ſignificant paſſionem intrinſecam: ut caleſco. In fio autem extrinſecam, i. e. quæ aliunde eſt, ut caleſio. Formantur a ſupino

M. Obſerva, mi Puer, quatuor formas factorum Verborum: nam quædam in *ſco* finiuntur, quæ Augmentativa appellantur: ut *ægreſco, macreſco*: Formantur omnia à ſecundâ perſonâ, addendo *co*, & ſunt conjugationis tertiæ.

Alia definunt in *rio*, & deſiderativa dicuntur, quia deſiderium præter primitivum deſignant: ut *Cænaturio*, id eſt, *cupio cœnare.* Omnia ſunt quartæ conjugationis, & a ſupino in *u* deducuntur, addendo *rio*, & breviando *u.*

Alia ſunt frequentativa in *to, ſo, xo, or*, & ſignificant frequenter cum ſuis primitivis: ut *dormito*, i. e. frequenter dormio: *verſo, nexo, ſector.* Omnia ſunt conjugationis primæ, & formantur a ſupino in *u*, vel mutando *atu* in *ito*, vel *u* in *o*, ut *clamatu, clamito, verſu, verſo.*

Sunt denique in *ſo* definentia quæ vocantur Inchoativa itionis, ut *Viſo*, i. e. *eo ad videndum, Capeſſo*, i. e. *eo ad capiendum.* Omnia ſunt conjugationis tertiæ.

poſteriore. Diminutiva in lo vel ſſo exeunt: ut Sorbillo, cantillo, pitiſſo, i. e. modicè ſorbeo, canto, bibo. Imitativa ſunt, quæ imitationem ſignificant, ut patriſſo. At Latini hac formâ non adeo delectati ſunt, unde pro Græciſſo, Græcor uſi ſunt, ut Cornicor a Cornice, Vulpinor a Vulpe, Bacchor a Baccho.

M. Da accidentia verbo.

P. Verbo accidunt ista; *Modus, tempus, persona, conjugatio & numerus.*

De sex Modis.

M. Jubeo te definire sex modos verbi.

P. Indicativus modus, quo simpliciter aliquid fieri, aut non fieri significamus: ut, *Probitas laudatur & alget.*

Imperativus modus, quo inter imperandum utimur: ut, *Pasce capellas.*

Optativus, quo optamus rem aliquam fieri: ut, *O mihi præteritos referat si Jupiter annos.*

Optativus, Potentialis & subjunctivus discernuntur non voce, sed significatu & signis.

Optativus semper adhæret adverbio optandi, expresso vel subaudito.

Potentialis, quo posse, velle, aut debere fieri aliquid significamus; ut, *Quis rem tam veterem pro certo affirmet?*

Subjunctivus aliquam conjunctionem habet annexam.

Subjunctivus, qui sententiam non absolvit, nisi alteri subjiciatur verbo; ut, *Cum fueris felix multos numerabis amicos.*

Infinitivus, qui agere quidem aut pati significat, at citra certam numeri & personæ differentiam; ut, *Malim esse probus quam haberi.*

M. Defini quinque temporum differentias.

P. Præsens, quo actio nunc geri significatur; ut, *Scite scribit frater tuus.*

Imperfectum, quo actio incepta, sed non perfecta, significatur: ut,

Hic Templum Junoni ingens Sidonia Dido
Condebat.——

Præteritum pluſquamperfectum nunquam ligitur nisi ſubjectum im perfecto aut perfecto cujus reſpectu hoc nomen ſortitur.

Perfectum, quo perfecta absolutaque significatur actio; ut, *Expedivi negotia tua.*

Pluſquamperfectum significat rem perfectam, sed respectu alterius Præteriti; ut, *Diruta marte tuo Lyrneſia mœnia vidi,*
Et ſueram patriæ pars ego magna meæ.

Futurum, quo res in futuro gerenda dicitur; ut, *Ibimus ô Nymphæ, monſtrataque ſaxa petemus.*

De Persona, Numero, & Conjugatione satis dictum prius.

Ve

De Gerundii Vocibus.

Voces Gerundii & Supina ſignificationem præſentis Infinitivi verbi habent unde deducuntur.

De Participio.

M. PArticipium quid eſt?

P. Eſt pars orationis, quæ a nomine genera & caſus, a verbo tempora & ſignificationes, ab utroque numerum accipit.

M. Da accidentia Participio.

P. Accidunt Participio Genus, Caſus, Tempus, Significatio, Numerus.

M. De Genere, Numero, Caſu, & Declinatione Participiorum ſatis dictum eſt ſupra. Reſtat igitur, ut de tempore & ſignificatione dicatur: ſed imprimis explica temporum differentias.

P. Participia in *ans* & in *ens* finita, præſentis ſunt temporis: ut, *Vigilans*, *dormiens*.

Præteriti temporis ſunt ea quæ exeunt in *tus*, *ſus*, *xus*, *uus*: ut, *Doctus*, *viſus*, *nexus*, *mortuus*.

Futuri vero definentia in *rus* & *dus*; ut, *Leturus*, *Legendus*.

M. De ſignificatione Participiorum quid ſentis?

P. Ea Participia activè ſignificant quæ ab activis cadunt: ut, *Docens*, *docturus*, a *doceo*: *Metens*, *meßurus*, a *meto*.

Quæ a Paſſivis deſcendunt, ſignificant paſſivè; ut, *auditus*, *audiendus*, ab *audior*.

A neutris cadentia, neutraliter ſignificant: ut, *currens*, *curſurus*, *a curro*. A quibuſdam deſcendunt Participia in *dus*, ut, *dubitandus*, *vigilandus*, *carendus*, *dolendus*.

Participia formata a deponentibus imitantur ſignificationem ſuorum verborum: ut, *loquens*, *loquutus*, *loquuturus* a *loquor*.

Ab Activo cadunt præſens in ns, & futurum in rus.

A paſſivo præteritum in tus, ſus, xus. Futurum in dus.

A neutris præſens in ns. Futurum in rus. A deponente cadunt tria, præſens in ns, præteritum in tus, ſus, xus. uus. Futurum in rus. Et aliquando in dus. Ovid. *Non tibi ſic dices, Phyllı ſequendus eram*: cum ſcilicet deponens regit Accuſativum.

A communi quatuor, præsens in ns: præteritum in tus, sus. xus; duo futura, rus, dus.

Communium verborum participia præteriti temporis, communem significationem induunt: at in *ns* & *rus* finita, activam tantum, in *dus* passivam solùm.

M. Fac memineris omnia participia derivata esse.

P. Fiet.

Observatio.

Similia sunt participiis ista: *Tunicatus, togatus, ansatus, personatus, larvatus, pedatus,* & innumera hujus generis vocabula, quæ a nominibus, non a verbis derivantur.

De Adverbio.

M. ADverbium quid est?

P. Pars orationis non flexa, quæ adjecta verbo vel adjectivo sensum ejus perficit atque explanat.

M. Recense accidentia Adverbio.

P. Significatio & comparatio.

M. Significationes quot sunt?

P. Penè innumeræ.

M. Recita aliquot usitatiores, & imprimis adverbia quæ referuntur ad quietem vel motionem in loco.

1. *Hæc respondent ad ubi.* 2. *Peregre foris & nusquam, nunc quietem, nunc motionem significant.*

P. 1. Hic, istic, illic, intus: 2. foris, nusquam, ubicunq; ubivis, alibi, sicubi, sunusquam, perius, inferius, ubi, ubilibet, aliubi, anecubi, inibi, necubi.

M. Recense adverbia significantia motionem ad locum.

3. *Quo ad hæc interrogativum est.* 4. *Quorsum ad hæc interrogativum est.*

P. 3. Huc, istuc, illuc, alio, aliquo, nequo, siquo, eo, eodem, quolibet, quovis, utroque, neutro, quocunque, foras: 4. horsum, ahorsum, dextrorsum, sinistrorsum, antrorsum, retrorsum, quoquoversum, sursum, deorsum.

M. Recense significantia motum è loco,

5. *Hæc respondent ad unde.* 6. *His affinia sunt humanitus, funditus, radicitus, divinitus, comminus, eminus:*

P. 5. Hinc, istinc, illinc, aliunde, alicunde, sicunde, necunde, indidem, unde, undelibet, undevis, undecunque, utrinque, superne, inferne: 6 cœlitus, funditus.

Composita *a con vel e, & manus.*

M. Cedo significantia per locum.

P.

P. 7 Hæc, istæc, illæc, aliqua, qua, siqua, quæcunque, ea, eadem, quæque, nequa.

M. *Da temporis.*

P. Quando, 8. heri, hodie, cras, pridie, postridie, jampridem, alias, olim, perendie, nudiustertius, nudiusquartus, nudiusquintus; 9. tantisper, paulisper, parumper; 10. quoties, sæpè, raro, diu, noctu, interdiu, imprimis, jamprimum, hactenus, simulac, simulatque, plerumque.

M. *Da quantitatis.*

P. Parum, minimè, maximè, summum, ad summum, longissime, plurimum, paululum, minimū, satis, omnino.

M. *Da numeri.*

P. Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, novies, decies, 11. vicies, tricies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies, centies, millies.

M. *Da ordinis.*

P. Inde, deinde, dehinc, deinceps, imprimis, primum, jamprimum, postremo, denique, tandem, ad summum, in summa, novissimè, demum.

M. *Da qualitatis.*

P. Doctè, scitè, pulchrè, appositè, fortiter, graviter, & similia.

M. *Da interrogandi.*

P. Cur, quare, quamobrem, quid ita, quinam, quomodo; 12. quo, quàntum, quin, ecquid, undenum.

M. *Da dubitandi.*

P. Forsan, forsitan, fortassis, fortasse, forsit, & fors, fortè.

M. *Da separandi.*

P. Seorsum, & aliquando seorsus, privatim, speciatim, egregiè, nominatim, segregatim, viritim, vicatim, oppidatim, ostiatim, frustulatim, minutatim, bifariam, multifariam.

7. *Hæc respondent ad qua.*

8. *Hæc respondent ad quando.* 9. *ad quamdiu respondet per tantisper, &c.* 10. *ad quoties respondet per sæpè raro & id genus alia Item per semel, bis, ter, &c.* 11. *Addenumeralia quæ intercedunt, decies, vicies, tricies, quadragies, &c.* 12. *Pro ad quem usum. Adverbia derivantur a nomine, ut docte, fortiter, a doctus, fortis. Item a pronomine, ut hic, isthic, illic, ab hic, iste, ille. Item a verbo, ut cœsim, tractim, a cædo, traho. Item a præpositione, ut intrò, ab intra. A nomine & verbo, ut pedetentim, à pes & teneo.*

M. Da congregandi.

P. Simul, unà pariter, universim, vel *universè, in totum, generatim, conjunctim, universaliter, generaliter.*

M. Da vocandi. *P. O. heus, eho.*

M. Da respondendi affirmativè.

P. Etiam, certè, uæ, ita, quidni.

M. Da negandi.

P. Non, haud, nequaquam, minimè, & ne pro *non.*

M. Da prohibendi. *P. Ne, neutiquam.*

M. Da confirmandi.

P. Profectò, certè, sanè, planè, nempe, utique, nimirum, prorsus, adeo, scilicet.

M. Da jurandi.

P. Hercule, hercules, hercle, pol, ædipol, mehercules, vel *mehercule, potius, castor, ædepol, mecastor, diusfidius, mediusfidius.*

M. Da eligendi.

P. Potius, satius, potissimum, imo.

M. Da hortandi.

P. Eia, age, agite, agedum, ehodum, sodes, sultis, amabo, amabotè.

M. Da optandi. *P. utinam, O, ô, si.*

M. Da demonstrandi. *P. En, Ecce.*

M. Da comparandi.

P. Magis, minus, maximè, minimè, tam, quam, æque, ac, atque.

M. Da similitudinis.

P. Ita, itidem, ut, tanquam, quasi, ceu, ut, uti, velut, veluti, sicut, sicuti.

M. Da eventus.

P. Forte, fortuito, casu, fortè, fortunâ.

M. Da intendendi.

13 *Adeo, pro valde, imprimis pro valde.* *P. Valde, magnopere, impensè, impendio, oppido, perquam, longè, apprimè, immodicè, admodum,* 13 *adeo, imprimis.*

M. Da remittendi.

P. Sensim, paulatim, pedetentim, vix, ægrè.

M. Da exclusionis.

P. Tan-

P. *Tantum, ſolum, tantummodo, ſolummodo, duntaxat, modo, demum.*

M. Da adverſitatis. P. *Aliter, ſecus.*

M. Da concedentis.

P. *Licet, eſto, ſit ita, ſit ſane.*

M. Da negatæ ſolitudinis.

P. *Non ſolum, non tantum, non modo, nedum.*

M. Da rei non peractæ.

P. *Ferme, fere, prope, propemodum, tantum, non modo, nam.*

M. Da explanandi.

P. *Puta, utpote, utputa.*

M. Da perſonalia.

P. 14. *Mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum.*

14. *Alii volunt eſſe orationes.*

De Comparatione.

M. Quæ adverbia comparantur?

P. Adverbia potiſſimum à nominibus adjectivis nata: ut, *docte, doctius, doctiſſime.*

Comparantur quædam adverbia a nominibus non nata, ut ſæpe, ſæpius, ſæpiſſime ſecus ſecius, nuper, nuperrime; diu, diutius, diutiſſime.

De Præpoſitione.

M. Præpoſitio quid eſt?

P. Pars orationis, quæ caſui ſemper jungitur, aut in compoſitione tantum cernitur.

Sic vocatur, quia præponitur appoſitioni; ut, ad patrem: vel compoſitioni, ut admiror.

M. Da præpoſitioni accidentia.

P. Præpoſitioni accidit caſuum regimen ſive exigentia.

M. Da præpoſitiones accuſativum regentes.

P. *Ad, apud, ante, adverſum vel adverſus, cis, citra, circum, circa, circiter, contra, erga, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, penes, prope, propter, per, præter, poſt, ſecus, ſecundum, trans, ultra, uſque, verſus,*

Præpoſitiones accuſativum regentes tringinta & verſus. Verſus & uſque ſuis caſibus poſtponuntur.

M. Recenſe præpoſitiones ablativum regentes.

P. *A, ab, abs, abſque, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, ſine, procul, tenus.*

Tenus regit aliquoties genitivum pluralem: ut crurum tenus, cumarum tenus.

M. Da præpositiones utrique casui servientes.

Accusativum asciscunt, cum junguntur verbis vel participiis, motionem ad locum significantibus; alias plerumque ablativum exigunt. Con amittit n, quoties componitur cum dictione a vocali incipiente, ut, cooperio, coemo: at junctum cum verbo edo, mutat n in m; ut, comedo.

P. In, sub, super, & subter, modò accusativum, modò ablativum exigunt, sed diversâ ferè significatione.

M. Da præpositiones quæ extra compositionem nunquam inveniuntur.

P. Am, di, dis, re, se, con.

M. Profer exempla.

P. Am, ut, *ambio*; *di*, ut, *diduco*; *dis* ut, *distrabo*; *re*, ut, *recipio*; *se*, ut, *sepono*; *con*, ut, *conduco*.

M. Quot sunt præpositiones extra compositionem usu receptæ?

P. Sunt in summa plus minus quinquaginta.

De Interjectione.

Sic vocatur, quia interjici solet orationi ad declarandum animi affectum.

M. Interjectio quid est?

P. Est pars orationis, quam affectus cujusque remere exprimit.

M Quot sunt interjectionum significationes?

P. Sunt totidem numero quot sunt animi perturbati motus & affectus.

M. Da exultantis.	*P. Evax, vah.*
M. Di dolentis.	*P. Heu, hui, hei, ah.*
M. Da timentis	*P. Hei, atat.*
M. Da admirantis.	*P. Pape.*
M. Cedo vitantis.	*P. Apage, Apagesis.*
M. Da laudantis.	*P. Euge.*
M. Recense vocantis.	*P. Eho, io, ho.*
M. Cedo deridentis.	*P. Hui.*
M. Recense exclamantis	*P. Oh, proh.*
M. Da imprecantis.	*P. Malum, væ.*
M. Da ridentis.	*P. Ha, ha, he.*
M. Da silentium injungentis.	*P. Au, st.*

Alii volunt apage & euge esse verba defectiva.

De Conjunctione.

Ut in corpore sine nervis ossa non cohærent, sic in sermone citra conjunctiones, nec verba, nec clausulæ possunt aptari.

M. Conjunctio quid est?

P. Est pars orationis, quæ dictiones & clausulas connectit.

M.

M. Da conjunctioni accidentia.

P. Poteſtas & Ordo.

M. Da poteſtate conjunctionum quid dicendum putas?

P. Poteſtas conjunctionum eſt multifaria.

M. Recenſe 1 copulativas.

P. *Et, que, atque, ac, quoque, præterea, item, itemque, cum, tum.* Huc ſpectant & his contrariæ, *nec, neque, neu, neve.* Ex his quatuor geminantur; *Et, que, nec, neque*; & ſuſpenſivæ dicuntur priore loco: ut, *Et fugis, & pugnas.*

M. Da 2 diſcretivas.

P. *Sed, ſedenim, at, aſt, atqui, quidem, autem, vero, porro, quin* pro *ſed, cæterum, verum, verumtamen, verumetiam, verumenimvero.*

M. Da 3 diſjunctivas.

P. *Aut, ve, vel, ſeu, ſive,* & hæ quoque ſuſpenſivæ priore loco dicuntur: ut, *Aut bibe, aut abi.*

M. Da 4 perfectivas.

P. *ut, uti, quo* pro *ut,* & *ut* pro *ne non.*

M. Da 5 rationis redditivas ſive cauſales.

P. *Nam, namque, enim, etenim, quod* pro *quia, quippe, utpote, ſiquidem, quando, quandoquidem, propterea, quod, quoniam, quatenus* pro *quia, ut* pro *quia, ut* pro *utpote.*

M. Recenſe conditionales.

P. *Si, ſin, ni, niſi, modo, dummodo.*

M. Da 6 dubitativas.

P. *Ne, an, anne, num, utrum, nunquid, necne.*

M. Da 7. illativas ſeu rationales.

P. *Ergo, ideo, igitur, itaque, idcirco, quare, quamobrem, quocirca, proinde, propterea, ideoque.*

M. Da 8 adverſativas.

P. *Etſi, tanquam, quanquam, quamvis, licet, tametſi.*

1 *Quia copulant tam verba quam ſenſum.*

2. *Quia copulant ea quæ diſcreta eſſe intelligi volumus.*

3. *Quia ea diſtinguunt quorum alterum, non utrumque affirmamus*

4 *Quia fini, perfectionique præponuntur. Quo pro ut, præcipuè poſt non.*

5 *Quia ſubjiciunt rationem ejus quod proceſſit.*

6 *Quia has ibi adhibemus ubi de duobus dubitamus.*

7 *Quia ſignificant aliquid eorum quæ præpoſita ſunt.* 8 *Adverſativæ dicuntur, quibus non obſtare nec impedimento eſſe quod dicimus ſignificamus.*

M. Da

M. Da Adverſitivarum Redditivas.

P. Tamen, attamen, ſedtamen, veruntamen.

M. Da Imminutivas.

P. Saltem, &, at, certe, vel, cum pro *ſaltem*, accipiuntur.

M. Recenſe Conjunctiones, quas Veteres appellant expletivas.

P. Quidem, equidem, nimirum, autem, ſcilicet, nam, profecto, vero, enimvero, ſedenim, etenim pro *certe.* Adduntur in ſententia ornatûs non neceſſitatis causâ.

Ordo.

M. Quid dicis de Ordine? *P.* Ordo eſt triplex, Subjunctivus, Præpoſitivus, & Tranſlativus.

M. Recenſe Conjunctiones Subjunctivi Ordinis.

P. Quæ, ve, ne pro *an, quoque, quidem, autem, vero.*

M. Da Conjunctiones Ordinis præpoſitivi.

P. Reliquæ omnes ſunt Ordinis præpoſitivi, quia primum ipſæ locum in ſenſu ſuo vendicant: Exceptis his, *Namque, etenim, ſiquidem, ergo, igitur*, quæ ordinis ſunt tranſlatitii ſive communis.

STUDIORUM PUERILIUM CLAVIS,

Elementa Syntaxeos complectens.

CAPUT I.

Convenientia dictionum variatarum.

VErbum convenit cum Nominativo, in duobus, numero & perſona: ut, *Ego lego, tu legis, Præceptor docet.*

In verbis primæ & ſecundæ perſonæ Nominativus ſæpè ſubauditur: ut, *Si vales, benè eſt, valeo.*

Appendix prima.

Vocativus præponitur imperativo: ut, *Exaudi, Genitor ſancte, meas preces.* Pſal. 102. *Amice veni.*

Ap-

Appendix altera.

Duo vel plura ſingularia conjunctione copulata pleràmque pluralis vim obtinent, ideoque verbum erit pluralis numeri: ut, *Petrus & Ioannes ludunt.*

Adjectivum conſentit cum Subſtantivo in genere, numero & caſu: ut, *Vir bonus, mulier caſta, dulce pomum.*

Relativum convenit cum antecedente in tribus, genere, numero, & perſona: ut, *Vir ſapit, qui pauca loquitur.* Si Relativum totam orationem repetat, erit neutri generis: ut, *In tempore veni, quod omnium rerum eſt primum.* Si autem ſit nominativus ante verbum, eſt ejus caſus quem verbum ſequens regit: ut, *Felix quem faciunt aliena pericula cautum.*

Interrogativum & Reſponſivum conveniunt in uno, nempe caſu; *Cui debemus omnia? Deo. Quis nos redimit? Chriſtus.*

Partitivum conſentit cum genitivo plurali in unico, *viz.* in genere: *Primus Romanorum, fortiſſimus Græcorum, unaquæque fœminarum.*

CAPUT. II.

Convenientia dictionum Invariatarum.

HÆc adverbia junguntur verbis quæ quietem aut motionem in loco ſignificant: ſcilicet, *Hic, illic, iſtic, intus, foris, &c. Sedet intus, ſtat foris, ambulat illic.*

Hæc adverbia adduntur verbis motus; *Huc, illuc, iſtuc, &c. Eamus nunc intro. Exi foras.*

Ne Adverbium prohibendi jungitur Imperativo aut Subjunctivo, *Ne timeto*, vel *ne timeas.*

Conjunctiones, *Et, atque, aut, vel,* & quædam aliæ connectunt eoſdem caſus & modos: ut, *Pius & probus; Scribit & legit. Neminem audit niſi Præceptorem.*

ut, quo, licet, ne, adhærent Subjunctivo: *Oro ut redeas.* Poſt has voces, *adeo, ita, ſic, tam, talis, tantus, tot,* non ponitur *quod,* ſed *ut* cum ſubjunctivo: ut, *Adeone ignarus es, ut hæc neſcias.*

Si, tametſi, etiamſi, ſiquidem, quia & *quod* junguntur Indicativo vel Subjunctivo: *quamvis* ſæpius Subjunctivo: *quanquam, etſi,* in principio ſententiæ junguntur Indicativo, in medio etiam Subjunctivo.

CAPUT. III. *Regimen Nominum.*

UNum Subſtantivum regit aliud in Genitivo; nempe poſterius, vel poſſeſſorem ſignificans: ut, *uncia auri, par calceamentorum, liber fratris.*

At si substantiva illa idem sint, ponuntur in eodem casu: ut, *Deus pater, Christus Iesus, Dominus noster.*

Substantivum subjecti vel totius regit proprietatem vel partem cum adjectivo laudis vel vituperii in genitivo *vel* ablativo. Proprietatis; ut, *puer probæ indolis, vel probâ indole.* Partis; ut, *puer duræ cervicis, vel durâ cervice.*

Adjectivum verbale activè significans regit genitivum: ut, *studiosus Philosophiæ, cupidus rerum novarum.*

Adjectivum significans commodum *vel* incommodum, voluptatem aut dolorem, regit dativum: ut, *utilis bello, perniciosus reipublicæ, Gratus Deo, molestus amicis.*

Adjectivum vel verbum, significans copiam vel inopiam, regit genitivum vel ablativum: ut, *Plenus rimarum vel rimis. Egeo, indigeo æris vel ære, cohortationis vel cohortatione.*

Dignus, indignus, vacuus, orbus, contentus, præditus, captus & fretus regunt ablativum: ut, *dignus laude, indignus odio, orbus patre, contentus parvo, præditus virtute, captus oculis, fretus ingenio.*

Partitiva nomina, aut partitivè posita, gaudent genitivo plurali ejusdem generis: ut, *Nulla sororum, alter geminorum:* Sive Interrogativa sint: ut, *Quis nostrum, uter vestrum?* Sive Comparativa aut Superlativa: ut, *Major & maximus fratrum.*

Comparativus gradus regit ablativum: ut, *Candidior nive.* Exponitur per *quam, Rarior Phœnice,* i. e. *Rarior quam Phœnix.*

Superlativus regit genitivum pluralem; ut *fortissimus Trojanorum.* Exponitur per *inter, de, e, vel ex, Minimus fratrum,* id est, *minimus inter fratres, vel de fratribus.*

Comparativus & Superlativus regunt etiam casum sui positivi; ut *gratior Regi, gratissimus Regi,* quia dicimus, *gratus Regi.*

Ablativus aliquando ponitur absolutè, *i. e.* sine dictione regente, qui exponitur per *dum, postquam, quando,* aut simile; ut, *præceptore docente, pueri discunt,* i. e. *dum vel quando docet.*

Opus regit dativum personæ cum ablativo rei, intercedente verbo substantivo: ut, *Opus est mihi libro.* Sæpè nominativum habet; ut, *Dux nobis, & Auctor opus est.* Cicer.

CAP.

CAP. IV.

Regimen Verborum Perſonalium,

FInitus modus habet ante ſe Nominativum ; ut, *Natus meus amat.* At Infinitivus habet ante ſe Accuſativum: ut, *Rumor eſt natum meum amare.* Pro quo poteſt poni *quod* cum Indicativo vel ſubjunctivo: ut, *Rumor eſt quod filius meus amat* vel *amet.* Finitus modus eſt quilibet præter Infinitivum.

Verba Subſtantiva & Vocativa, iiſque ſimilia habent poſt ſe Nominativum ; ut, *Deus eſt juſtus, Vocor Petrus, Habeor dives,* Nam qui caſus præcedit, idem ſequitur : ut, *Deus eſt juſtus, Credo Deum eſſe juſtum.*

Eſt pro *pertinere* regit Genitivum: ut, *Quicquid habemus eſt Dei,* id eſt, *pertinet ad Deum.* Sed pro Genitivis *mei, tui, ſui, noſtri, veſtri,* habet nominativos *meum, tuum, ſuum, noſtrum, veſtrum.*

Eſt pro *habere* regit dativum : ut, *Non eſt mihi nummus,* id eſt, *non habeo nummum.*

Eſt pro *afferre* regit duos Dativos : ut, *Eſt mihi voluptati,* id eſt, *Adfert mihi voluptatem.*

Refert & *intereſt* regunt Genitivum: ut *Refert patris, intereſt Præceptoris.* Sed pro Genitivis *mei, tui, ſui, noſtri, veſtri,* habent ablativos *meâ, tuâ, ſuâ, noſtrâ, veſtrâ,* & *cujâ.*

Verba accuſandi, damnandi, laudandi, admonendi, & his contraria, excuſandi, abſolvendi, vituperandi regunt Genitivum vel Ablativum rei, ſed ſæpius Genitivum, ut, *Arguit me furti, Commendo te probitatis vel probitate. Admoneo te officii.*

Verba memoriæ & oblivionis regunt Genitivum vel Accuſativum : ut, *Recordor, Obliviſcor lectionis vel lectionem.*

Verbum Activum aut Activæ Significationis regit Accuſativum : ut, *Amo, ſequor, veneror Deum, curro ſtadium.*

At *utor, abutor, fruor, fungor, veſcor, careo,* Ablativum exigunt ; *miſereor* Genitivum ; ut, *Utere divitiis, ne abutare Dei donis, veſcitur herbis, morte carent animæ, miſerere mei Deus.*

Verbum, quod commodum vel incommodum, voluptatem aut dolorem ſignificat, regit Dativum ; ut, *Nec ſibi, nec aliis prodeſt. Laudi tuæ faveo.*

Celo cum verbis rogandi, docendi, veſtiendi, regunt duos accuſativos; priorem perſonæ, poſteriorem rei: ut, *Celavit me librum; roga præceptorem veniam, doce me lectionem; induo te tunicam*: vel in ablativo, *tunicâ*; vel *Induo tibi tunicam.*

Pretium ponitur in ablativo; ut, *Emi librũ duobus aureis; Demoſthenes docuit talento.* At *tanti, quanti, pluris, minoris,* ponuntur in Genitivo; ut, *Quanti emiſti librum? non vendo pluris quam alii; Fortaſſe minoris. Minoris æſtimatur probitas quàm pecunia.*

Verba æſtimandi regunt genitivos, *tanti, quanti, pluris, minoris, magni, parvi, nihili, minimi, maximi,* & plures: *magni vel parvi facit doctrinam, nihili curo amicitiam tuam.*

Verbum compoſitum regit aliquando caſum præpoſitionis cum qua componitur: ut, *Adeamus ſcholam.*

Verbum vel adjectivum regit nomen menſuræ in accuſativo vel ablativo: ut, *Charta hæc eſt tres digitos,* vel *tribus digitis lata. Prominet duobus digitis.*

Verba paſſiva, aut paſſivæ ſignificationis regunt ablativum intercedente præpoſitione *a* vel *ab*: ut, *amor à Deo, vapulor à præceptore.*

Verbum unum ab alio regitur in infinitivo: ut, *gaudeo te valere.*

Indicativi conſtructionem tota verbi declinatio ſibi vendicat: ut, *Amo, amas, amat, amem, amare virtutem.*

CAP. V. *De Gerundiis, Supinis & Participiis.*

GErundia, Supina, & Participia regunt poſt ſe caſum ſuorum verborum: *Cauſa diſcendi literas huc veni, legendo libros doctus evades; Eo viſitatum parentes; Amans Deum, amatus & amandus à Deo.*

Gerundia in *di* pendent à Subſtantivis: *Tempus reſipiſcendi.* Item ab adjectivis; *Cupidus diſcendi.*

Gerundia in *do* pendent a præpoſitionibus *â, ab, in, ex*: *Deterres me à diſcendo.* Interdum abſolutè ponuntur, id eſt, ſine præpoſitione: *Scribendo diſces ſcribere.*

Gerundia in *dum* pendent à præpoſitionibus, *ad, inter, ante*; *Ne ſis præceps ad loquendum, inter cœnandum hilaris eſto*: Interdum abſolutè ponuntur cum verbo *eſſe*; aliquando addito verbo, aliquando non: *utendum eſt ætate, Serviendum eſt dignitati.* Horat. *Si vis me flere, dolendum eſt primum ipſi tibi.*

Supinum in *um* ponitur poſt verbum motus: ut, *abiit piſcatum.*

Supinum

Supinum in *u* ponitur post nomen adjectivum: ut, *Indignum auditu: nil dictu fœdum visuque hæc limina tangat, Intra quæ puer est*...

CAP. VI. *Regimen Verborum Impersonalium.*

VErbum Impersonale nullum ante se casum habet: *Pœnitet me peccati.*

Accidit, contingit, evenit, conducit, expedit, lubet, libet, licet, placet, displicet, vacat, & quædam alia regunt post se dativum: *conducit reipublicæ, peccare licet nemini, non vacat mihi scribere.*

Juvat, delectat, decet, oportet; regunt accusativum cum infinitivo: *Delectat te vagari, non decet te rixari, Oportet mendacem esse memorem.*

Oportet eleganter habet subjunctivum subauditâ conjunctione; ut, *Oportet te facere, vel oportet facias.*

Pœnitet, piget, tædet, miseret, pudet, regunt accusativum cum genitivo: *Piget me vitæ, miseret me tui.* Cujus loco interdum habent infinitivum: ut, *Pœnitet me peccati, vel pœnitet me peccasse: piget me vitæ, vel piget me vivere.*

CAP. VII.

Sequuntur rerum & actionum Circumstantiæ.

Instrumentum, Modus, Locus, Tempus, &c.

INstrumentum, causa, & modus actionis ponuntur in ablativo sine præpositione: Instrumentum, *Scribo calamo: Stricto gladio me adortus est.* Causa, *Palleo metu.* Modus, *Submissa voce cantat. Dum vires annique sinunt, tolerate laborem:*

Nam veniet tacito curva senecta pede.

Cognoscitur causa quia resolvi potest per *præ, per,* vel *propter.* Cognoscitur modus, quia respondetur ad *quomodo.*

Appendix.

Observabis causam & modum actionis, præpositionem interdum admittere, instrumentum vero nunquam; ut, *Taceo pudore vel præ pudore; Summo labore hoc peregi, vel cum summa labore.* Sed *scribo cum calamo, cum atramento,* cave dixeris.

Oppidi nomen ponitur in Genitivo, cùm quæstio est per *ubi*; ut, *Ubi studes? Taoduni.*

Ex ipse if nomen oppidi sit tertiæ declinationis, aut pluralis numeri, tum enim ponitur in dativo vel ablativo, sed in ablativo melius; ut, *Habitat Andreapoli, militat Carthagine, vel Carthagini. Natus est Parisiis, Athenis.*

Hæc

Hæc appellativa, *domi, humi, militiæ, belli,* ponuntur etiam in genitivo, cum quæstio est per *ubi*: ut, *Jacet humi, potat domi. At degit rure vel ruri,* in dativo vel ablativo.

Nomen oppidi ponitur in accusativo cùm quæritur per *quò*, cum appellativis *domum* & *rus*. *Defers noctuam Athenas? Profectus est Andreapolin; Abiit rus, Contulit se domum.*

Oppidi nomen, cum quæritur per *unde vel quâ* ponitur in ablativo, cum *rure & domo. Veni Roma, Parisiis, Taoduno, rure, domo. Qua iter faciebas? Laodicea.* Sed hic per præpositionem sæpius loquuntur ad vitandam ambiguitatem: ut, *Per Limnuchum proficiscor Edinburgum versus.*

Aliquando præpositio additur: ut *ad Genevam pervenit. Ad Messanam transire, venere a Roma, Ab Epidauro navi advectus est.*

Locus in accusativo vel ablativo effertur, cùm ejus mensura, aut intervallum exprimitur; vel cùm respondetur ad *quantum*, aut *quamprocul*: ut *Quantum hinc distat Edinburgum? Iter vel itinere unius diei, triginta sex miliaria, vel miliaribus.* Alioqui cum in loco distante aliquid fieri, vel factum esse significamus, ablativo tantum utimur: ut *Captus est latro quarto ab urbe lapide.*

Appendix.

Nominibus Regionum & Villarum, & appellativis omnibus non dictis præpositio additur, ut *Cæsar exercitum in Britanniam traduxit, & ex Britannia in Galliam reduxit. In Cumano cum essem tu in Pompejano. Eo ad scholam. Habito in urbe.*

Tempus ponitur in ablativo, cum quæstio est per *quando*, aut *quanto tempore*: ut *Quando venisti? horâ tertiâ, Heslernanocte. Quanto tempore mandasti lectionem memoriæ? Duarum horarum spatio.*

Cum quæstio est per *quamdiu, quamdudum*, vel *quampridem*, tempus ponitur in accusativo vel ablativo: ut, *Quamdiu studuisti? duas horas, per duas horas, vel duabus horis. Quamdudum cœpisti Grammaticæ operam navare? Abhinc sesquiannum*, vel *sesquianno.*

CAPUT VIII.

Constructio dictionum invariatarum.

ADverbia junguntur verbis, participiis, nominibus, & interdum aliis adverbiis; ut, *Scite pingit, scite pingens: Admodum puer: Egregie impudens. Sat cito, si sat bene.*

Adverbia *en* & *ecce*, regunt nominativum, vel accusativum *Ecce tibi*

tibi nuncius. Ecce miserum hominem. Hem & apage accusativum. *Apage istiusmodi salutem, quæ cum cruciatu advenit. Hem astutias. O heu, & proh,* regunt nominativum, accusativum & vocativum, *heus & ohe,* tantum vocativum. *O formose puer, Heus Syre. Ohe, jam satis est, ohe libelle. Heu pietas! Heu prisca fides! Heu me miserum. Hei & væ* dativum. *Hei misero mihi. Væ victis tuo. Ah & vah* accusativum & vocativum.

Derivata regunt casum primitivorum, ut *Omnium elegantissimè loquitur.* Ut *propior & proximus,* ita *propius & proximè,* regunt dativum & accusativum, ut *Propius urbi* vel *urbem: proximè castris vel castra.*

Adverbia temporis regunt genitivum, ut *Pridie illius diei,* dicimus etiam, *Pridie calendas, Nonas, Idus,* quia intelligitur Præpositio *ante.*

Adverbia loci, & quantitatis itidem regunt genitivum : *Nusquam gentium : Multum loquentiæ, sapientiæ parum.*

CAP. IX.

PRæpositiones quæ regunt accusativum sunt una & triginta : *Ad, apud, ante, adversus vel adversum, cis, citra, circa, vel circum, circiter, contra, erga, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, pone, prope, propter, per, præter, post, penes, secus, secundum, trans, ultra, usque, versus.* Quæ duæ plerumque solent postponi accusativo: ut, *Ad patrem, apud Deum, ante ædes, adversus vel adversum hostes, cis Rhenum, citra necessitatem, circa vel circum forum, circiter horam decimam inter fratres, contra inimicos, erga amicos, extra terminos, infra tectum, intra privatos parietes, juxta macellum, ob quæstum, pone tribunal, prope Galliam, propter virtutem, per agros, præter morem & consuetudinem, post tergum, penes arbitros, secus viam, secundum Regem, supra cœlum, trans montem, ultra Indos, Oceanum usque, Italiam versus.*

Præpositiones quæ regunt ablativum sunt sedecim : *A, ab, abs, absque, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, procul, tenus :* ut, *a patre. ab hoste, abs quovis homine, absque causa, cum exercitu, coram testibus, clam patre, de lana caprina, e foro, ex ædibus, pro clientibus, pra timore, palam omnibus. sine labore, procul dubio, mento tenus. Tenus* regit etiam genitivum pluralem cum res sunt geminæ ; ut, *crurum tenus;* aut cum nomen caret singulari numero ; ut, *cumarum tenus,* & casui postponitur.

Qui-

Quatuor præpoſitiones accuſativum vel ablativum regunt, *in, ſub, ſuper,* & *ſubter*: accuſativum cùm eſt motus ad rem: ut, *Eo in ſcholam ſub umbram.* At ablativum, cum in loco, aut alia re, quid fieri ſignificatur, ſive fuerit motus, ſive quies: ut, *pueri currunt*, vel *quieſcunt in ſchola*: *Ambulo* vel *ſedeo ſub umbra.*

Præpoſitiones fiunt adverbia cum non regunt caſum: ut, ——— *longo poſt tempore venit.*

CAP. X.

De Reſolutione.

IN Reſolutione ſeu expoſitione hunc ordinem ſequitor.

1. Sume Vocativum ſi ſit: ut, *In te locavi ſpem meam, Rerum Creator optime*: Sic ordina, *Optime Creator rerum, Ego locavi*, &c.

2. Verbum Impersonale ſi adſit, ut *Eſſe oportet ut vivas, non vivere ut edas.* Ordo eſto, *Oportet eſſe ut vivas.*

3. Nominativum cum verbo: ut, *Intolerabilis ſit malitia, cum laudatur*: ſic retexe, *Malitia ſit intolerabilis.*

4. Porro cape dictionem regentem, ante dictionem à tergo rectam: ut, *Trium literarum homo*; ſic ordina, *Homo trium literarum.*

5. Quod autem ſubintelligitur, ſuppleto: ut, *Tecum habita, & noris quam ſit tibi curta ſupellex*: ſic, *tu habita tecum, & tu noris.*

FINIS.